



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De bellis variis tum in Italia, tum Perside regnante Theodosio susceptis.  
Capvt XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

ceperat, sed usque eo sensim languescere & remittere vir-  
debat quoad penitus extincta esset.

*De Antiochiae aedificiis, & illorū cōditoribus. Cap. XVIII.*

**E**ppter accuratā nostrae religionis obseruationē p̄fsta-  
biles, à Theodosio ad magistratus Antiochiae gerēdos  
missi fuerūt. Ac Memnonius quidē locū illū, qui à nobis  
Psephiū appellatur, à primis fundamentis magnificè & arti-  
ficiōse extruendum curauit, atrio, quod libero cōcelo pate-  
bat, in medio relicto. Zoilus autē regalē porticū (hoc qui-  
dē nomine etiā nostra ætate quāuis multis variatus aedifici-  
is, nuncupatur) qui ad australe latus tecti palatiū qđ Ruffi  
ni nomē obtinet spectat, exēdificauit. Quinetiā Calixtus  
magnificū & illustre aedificiū, quod tum à veteribus, tū ab  
huius ætatis hominibus porticus Calixti dicit, ante sedes,  
quæ ad exercendū iudiciū positæ sunt, è regione fori (in  
quo pulcherrima domus est, quā prefecti p̄sidiorū incolere  
solēt) extruxit. Post istos, Anatolius rūsus, qui ordinibus  
in oriente militiā exercētibus p̄fiebatur, eō missus porti-  
cū ipsius nomine appellatā aedificauit, eamque varia ex-  
ornauit materie. Ista quidē, licet à proposito videantur ali-  
ena, sunt tamen studiosis nō inelegantia ad cognoscendū.

*De bellis variis tum in Italia, tum Perfide regnante The-  
odosio susceptis.*

C A P V T X I X .

**R**egnante itē Theodosio, crebre in Europa seditiones  
conflatæ, idq̄ue dum Valentinianus Romæ impera-  
bat: quas Theodosius, ingentibus copijs & exercitu-  
tū pedestri, tum nauali, terra mariq̄ue emissis, adeo penitus  
repressit. Atque eo pacto etiā Persarū euicit furorem, quo  
rum rex tū fuit Isdigerdes, pater Bararanis, vel vt Socrati  
placet, ille ipse Bararanes ) & missis ab illis de pace lega-  
tis, pacem eis concessit: quæ ad duodecimum annum im-  
perij Anastasiū cōtinuata est. Quæ res cum ab aliis scripto-  
ribus cōmemoratæ sunt, tum ab Eustathio Syro ex Epipha-  
nio valde scitè & eleganter compendio quodam explicata: qui quoque scribit, quo pacto Amida capta fuerit.

Eodem tempore claudianum & cyrum, poetas hominum  
fama celebratos ferunt. Ac Cyrum primarium p̄ffectum

Ff 4 quem ma-

EVAGRII HISTORIAE

111  
quem maiores nostri præfectū aulæ vocant, constitutū co-  
pij s̄que Romanis versus occidentē eo tempore præfūl, &  
quo Chartago captā fuit à Vandalis, & Genzericus Barbo  
rum duxauit exercitum.

De Eudocia imperatrice & filia eius Eudoxia, &  
de eius Hierosolymas profectione, & statua  
qua ab Antiochenis donata est. Cap. XX,

**I**ste Theodosius impulsu Pulcheri imperatricis, sororis  
suæ, Eudociam, genere Athenensem, forma sane perho-  
nesta & liberali, postquam salutari baptismatis lauacio-  
tincta fuit, duxit in matrimonium: Ex qua filiam suscepit,  
nomine Eudoxiam. Hanc cum esset nubilis, imperator Va-  
lentinianus duxit vxorem, abduxitque Roma antiqua, &  
ad Constantinopolim deduxit. Eudocia verò pōstea ad  
sanctā Christi Dei ciuitatē profecta est: vbi habita oratio-  
ne ad populū, in extrema parte illius hoc carmē recitauit.  
*Stirpe satam vestra me, & sanguine gloriō esse.*

Quo quidem significauit Colonias è Græcia eō deductas  
fuisse. Quod si quisquam istarum rerum accuratius co-  
gnoscendarum studio teneatur, sunt à Strabone Geogra-  
pho, Phlegonte, Diodoro Siculo, Attiano, & Pisandro po-  
eta, ab Vlpiano præterea, Libanio, & Iuliano, Sophistis  
omnium præstantissimis, scriptis exquisitè mandata.  
Postea autem Antiochiam profectam, Antiocheni, illam  
statua ex ære artificiose fabricata, quæ adhuc integra ser-  
uatur, honorarunt. Eius hortatu Theodosius impulsus,  
maximam ciuitati adiunxit accessionem, murumque am-  
plificauit, ad portam usque, quæ ad Daphnem suburbium  
ducit, sicut cuique cupienti perfacile est videre. Nam ad  
nostram usque atatem veteris muri vestigia, ex ipsis reli-  
quijs, quæ oculos quodammodo ad eam quasi manu du-  
cunt, facile indagari possunt. Sunt tamē, qui dicunt murū  
illum ab antiquiore Theodosio dilatum: quinetiam e-  
undem aurum ducentarum librarum reficiendo Valen-  
tis balnœo in quadam parte accenso tribuisse.

Quod